

Reges Babilonie  
Merodach



**M**erodach fuit primus rex babilonie qui a monarchia assyriorum recedens. non obediuit Assaradon similiter nec rex medorum. Et ob hoc regnum Assyriorum defecit regesque Babilonie ceperunt esse potentes. Iste etiam misit munera Ezechie.

**L**adus scacorum reperitur ab Xerse philizopho pro correctione Evilmerodach tyranni. qui sapientes et magistros suos occidere consueverat: quo solatio retractus fuit a tyrannide ad emendationem.

**N**abuchodonosor iste rex babilonie victorissimus fuit. eo quod esset virga furoris domini: ut puniret peccata populorum. obtinuit regnum assyriorum quod destructum erat a Medis. Et factus est monarcha qui postea cum feris habitans septem mensibus. prece Danielis in pristina nabuchodonosor forma septem annis penitens est restitutus. Cui res geste magni cognomen dederunt. multa cum finitimas bella contempsit: et quae maxime cum aegyptiis. ad extremum iudeam devicit. Et syriam durissimo sibi subiugavit iugo. Joachim interfecit. et successorem cum vasibus domini in babilonem transtulit. et Sedechiam patruum suum loco suo successit. Porro dum vixisset annis quadraginta defunctus est in babilone. relicto eius filio Nabuchodonosor regni successore.

**B**isantium urbs tracie maritima a grecis sic nominata. Lacetemonij condidit eam primo. quibus appollinem consulentibus ubi nam sedes quererent mandasse oraculum memorie: perditum est ut contra cecos habitationem locaret. Cecos autem megarenses appellavit Calcedonis conditores. Qui cum prius in tracia nauigassent: situmque ubi postea bisantium edificatum est conspexissent. Omissa tamen locupleta ripa tenuiore regionem in asia elegerunt: ut Strabo refert. Et autem Justinus et Eusebius ponunt hanc civitatem Anno ante adventum christi. 663. In grecia ex opposito calcedonensium agri loco quidem optimo et munitissimo a pausama spartanorum rege prius conditiois sue initium habuit. Et cum primum admodum esset: Postea a Constantino magno imperatore qui eam adauxit et exornavit Constantinopolis dicta. de qua latissime circa sua tempora describens laude digna.

Bisantium

Xerxes phus



Nabuchodonosor

